UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones quascunque ingenti cum solatio & fructu ...

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

[§. VI. Solatium in scitiâ laborantium.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-50333

Visual Library

dies ſuos & in puncto ad inferna deſcend
dixit Job, ut habitent cum dæmonib.
damnatis in ardoribus ſempiternis.

§. VI.

Solatium inſcitiâ laborantium,

NOn excellis ingenio, ut alij, proinde
doctrinâ, neque induſtriâ & peritia
miniſtrandi negotia tua. Hinc doles, hin
gemiſcis, nec vana ſuſpiria contines qu
rumpant in voces: ô ſi haberem tam ſu
ingenium, ſi ſcirem tantum quantum il
eſſem qualis eſt ille! Eja mi homo neſcis
petas. Iſtâ ingenij tui tenuitate cœlum h
beris, perditurus ſi plus haberes. Hoc p
dit Deus cùm conderet Deus animam tu
cùm Corpus tuum formaret, cùm hujus
lucis uſuram donaret, acquieſce igitur
luntati Patris tui cœleſtis qui tam ſincero
tenero te dilexit affectu, qui ita te con
ut ſciebat expedire ad ſalutem tuam. De
obſecro, tuum quo teneri te par eſt, de
rium tuam ſanctiſſimæ ejus conform
voluntatem. Reſponde illi cum Filio
Domino ac magiſtro tuo *Ita Pater, quo*
ſic placitum eſt ante te. Pater mi, Domin
mi Deus, quia vis me rudem, me inop
abjectum, volo & ego rudis, indoctus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contemptus eſſe talis ſim qualem eſſe me vis, nec eſſe alius appeto, hæc mea perfectio eſt, velle quod vis; tum demum velut in ſuo quieſcet animus centro, cum tuæ, mea fuerit conformis voluntas.

§. VII.

Solatium ab hominibus contemptorum.

VIlis eſt hominum de te exiſtimatio; non æſtimaris pro meritis tuis? Hoc te cruciat. Velles honorari à civibus, cō-ſuli ab extraneis, diligi à magnatibus, coli à parvis, eminere in populo, colligere favores, applauſus excipere plena manu, autoritatem obtinere inter omnes. Hæc tu optas, et ego dico tuam te ruinam optare. Nam ſi exiguus ille honor qui tibi defertur, modo te ſic inflet nimiâ tui ipſius æſtimatione, ut ferendus non ſis; quid fieret ſi excelſo loco ſita eſſet laus tua, ſi volitares per ora hominum & celebra-rere multitudinis voce, Angelis & homini-bus intolerandus eſſes: Demum Deus læſâ patientiâ ob faſtum tuum cogeretur detra-here te ab iſto honorum faſtigio atque præ-cipitare in abyſſum opprobriorum peren-nium cum ſuperbis Angelis eorumque com-plicibus. Agnoſce igitur modicum illud hu-